





1695.

- 1.^a Beierus, Adrianus: Paratitulum jurisdictionum de
statu et juribus peculiaribus nemineis. - -
3 Exempt. 1695, 1712 et 1729.
2. Beierus, Adrianus: Jura ac privilegia filiorum fam.
potiora
3. Beierus, Adrianus: De jurisdictione feudali.
4. Beierus, Adrianus: De exceptione praeposterationis
- 5.^a Brucknerus, Wilhelmus Hieronymus: Positiones
idem architecti juris periti exstantes. 2 Exempt.
- 6.^a Brucknerus, Wilhelmus Hieronymus: De rationibus
et ministrorum.
7. Friesen, Joh. Bernhardus: De actione utili.
- 8.^a Lyndkus, Nicolaus Christophorus: De potestate
Imperatoris alienandi bona imperii. 3 Exempt.
1695, 1731 et 1733.

1695

9. Lyncker, Nic. Christophorus: Fontes Decissionum Max-
trium ad jus publicum.

10. Lyncker, Nic. Christophorus: De absolutoria

11^{9. & 6} Lyncker, Nic. Christophorus: De iuribus minerarum.
2 Sampl. 1695 - 1737.

12. Lynckerus, Nic. Christophorus: De cacophitrogia
sen auri sacra fame.

13. Lynckerus, Nic. Christoph: De acquisitione conjugali

110 -

ls





Q. D. B. V.

CVI.
5
1695, 3^a
7

POSITIONES
IDEAM
ARCHITECTI
JURIS PERITI

exhibentes

Autoritate & Decreto

Illustris Jctorum Ordinis

PRÆSIDE

DN. VVILHELMO HIERONYMO
BRUCKNERO D.

Pandect. Prof. Publ. Facult. Jurid. & Scabin. Assessore

Collegii Juridici, h. t. DECANO,

Loco Inauguralis Speciminis

pro obtinendis summis in Utroque Jure privilegiis

ad d. 24. Decembr. cl^o 1^o XCV.

publice ventilandas

præmittit

JOH. BURCKHARD Geyenstein /
Weissenfelsa - Misnicus.

J E N Æ,

Literis JOH. DAVID WERTHERI.

198



V I R O
*Prænobilissimo, Amplissimo,
& Consultissimo*
D O M I N O
**D. A N D R E Æ
B A S T I N E L L E R**

Sereniss. & Potentiss. Elect. Brandenburg.

ut &

Sereniss. Ducis Holsat. Norburg. Consiliario,
Belli Commissario, Reipubl. Hallensis Consuli &
redituum ejus Inspectori.

Affini suo & Favitori

optimo certissimo

Hoc inaugurale specimen

Ejus integerrimi in se suaque studia adfectus memor

in parem tesseram

Infucati amoris, gratitudinis & observantia æternæ

cum sincero voto

Omnigenæ felicitatis

offert & dicat

A U T O R



I. N. D. N. J. C.



Iraberis forte, Amice lector, quod
positiones tibi offeram, ubi am-
pliora a me expectasses, & ple-
rumque dissertatione titulorum
novitate insignes, & mole con-
spicua famam autoribus qua-
runt. Reddam ergo tua pace in-
stituti rationem. Captus annis proximis Archi-
tectonices amoenitatibus cum altius in rem aedifica-
toriam inquirerem, offendi multa, queis dijudican-
dis Architectus juris, Jurisperitusque illius noti-
tia opus habet. Nec reperto, unde utervis alterum
cum suo combinatum peteret, ansam invenisse cre-
didi periclitandi hac in parte vires non inutili
nec supervacuo labore. Quare & collectis passim
legibus, statutis, Responsisque Juris Consultorum,
additis & insuper, qua hisce e superiori scientia
colli-

collimitant, Architectum Jurisprudentem Inaugurale specimen emittere statueram. Sed hoc demum ipsa prolixitas materiae usitatum dissertationum Academicarum modum egressa dissuasit, temporis angustia prohibuit. Siquidem me hac excluso & in forum revocato nec satis limatum nec typis exscriptum dare integrum fuisset. Quo tamen speciem concepti operis ostenderem, partem ejus, quod Civilia subministrarunt jura, rescissis ornamentis, allegationibus & controversiis in has positiones breviter redegei singula olim justo tractatu eoque ordine traditurus, ut expositis ubi vis Architectonices principii veterumque aedificandi ratione leges Romanae plenius pateant, & appareat, ubi illa immutata celebriorum in Europa Civitatum mores statutaque his vel convenient vel obrogant vel nova addunt. Utque eo non solum aedificantibus sed & Jurisperitis aliquo modo me praestaturum confido, ita his praemissis aut conatui favorem parabo, aut ad minimum merebor veniam, quod multa paucis maluerim complecti, quam pauca multis mutuata sapientia repetere.

POSI-

POSITIO I.



Uⁱ se ARCHITECTUM profitetur, *Hæc sunt*
jura nota habeat oportet ea, quæ necessaria *verba pri-*
 sunt rei ædificatoriæ, *ut ante caveat,* quam *primarii*
 instituat ædificia, ne controversiæ factis *Architecti*
 operibus patribus familiarum relinquantur; *M. Vitruvii*
 ne porro *destituatur* vel deficiat, si *l. 1. c. 1.*
 quid de iis *judicare* aut probare opus fue- *circa f.*
 rit, *utque* legibus scribendis Prudentia cavere possit & lo-
 catori & conductori.

II. Quare operæ videtur pretium, quod illi ipsi
 solent, qui futurum ædificium pingunt, imitari, & deli-
 neare brevi in tabella, quæ Architecto circa *materiam* com-
 parandam *edes reficiendas, diruendas, restaurandas,* noviter-
 que *construendas,* inde in *area* seligenda, *ambitu* terminando,
fundamentis fodiendis, *erigendis & aperiendis parietibus,* inte-
 rioribus. *disponendis, tecto* imponendo, *tectoriis* aliisque
ornamentis addendis, insuper in *rusticis & potissimum,*
publicis operibus ordinandis observanda obveniunt, ne in
 leges consilio suo vel fabrica impingat; Quæ deinde ad
 ædificia *inspicienda* dicendamque de iis sententiam adhi-
 bitus attendat, & qua demum ratione sibi prospiciat, ut
 dum *ordinat* aut *redimit* opera sine captione liberetur (a) *(a) Vitr. l. 1. c. 1.*
 suisque *privilegiis* fruatur. *c. 1.*

III. Sciat ergo *lapidem* in privatis lapicidinis invito
 Domino nec privato nec publico (b) nomine cadere pos-
 se, *nisi* inibi talis constet consuetudo, ut id faciendi illi jus
 fit, qui solitum Domino solarium solvit, sic enim *ne* usus
 necessarii Lapidis intercludatur, neve Domino rei com-
 moditas auferatur, postquam huic satisfecerit, (c) lapides (c) *l. 3. C. de*
 eximere non prohibebitur. (d) *metallis.*
(d) l. 13. §. 1. Commun. præd.

IV. Nec *cretam* ad *lateres* vel *tegulas* ducendas in
 A 3 alie-

v. pl. Rosent. de feud. c. 5. concl. 90. alieno eximere, nisi constituta servitute aut alio jure, permissum; quamvis in hoc & præcedenti casu hodie Princeps permittere possit, ut, si dominus fundi non velit, alius ad publicam utilitatem possit naturæ donis uti.

V. Porro, licet villa in prædio vicino servitutem calcis coquende & hac ratione in simul jus necessarij ad eam lapidis cædendi habeat, nec ligna tamen dominus inde petit, nec coctam ibi calcem vendere aut ad alias villas vel domos adhibere (e) poterit.

(e) l. 6. pr. d. S. P. R.

VI. Arenam quoque fossicam ex arenariis non nisi permittente proprietario, fluviatilem vel marinam ob promiscuum fluminum & maris usum de jure Romano nullo rogato impune auferre licet.

VII. Materiam vero seu ligna justo tempore (f) non cædens, si ædificiis immissa putrescunt, aut vermibus obnoxia fiunt, culpam admittit, ejusque nomine tenetur.

(f) Vitruv. l. 2. c. 9. Plin. l. 16. c. 31. Gryph. Oecon. leg. l. 1. c. 21. n. 40 (g) Gryph. Heering. Mantiss. de J. Burgor. n. 178. 192. seq.

VIII. Vitrum quoque ferrum & metallum multi in ædificando usus, (g) quamvis hodie privatus ad suum lucrum & usum, vitriarias, ferrarias & fusorias officinas sine speciali Principis concessione tuto haud exercent.

IX. Unde autem coëmat aut comparet materiam sollicitus sit Architectus, cum tignum alienum (h) ædificio jungens ad duplum, (i) hodieque adhuc, cessante quamvis in locis quibusdam non iniqua (k) Romani Juris dispositione, ad æstimationem & interesse obligetur.

(h) l. 2. de ting. jun. (i) §. 29. J. d. R. D. (k) Puffend. de J. N. & G. l. 4. c. 7. §. 6.

X. Ubi dein apud Saxones nobilium prædiorum arces & villæ extruuntur, subditi advehere materiam Provinciali coguntur Jure (l) nec inconveniens ejus rationi videtur, ut & ipsi veterem ex dirutis terram avehant.

(l) P. 2. Const. El. 52 & Dec. Nov.

XI. Ob favorem etiam ædificatoriæ rei, urgente
id necessitate, limum, lapidem, arenam, calcem in publica &
privata loca (m) sine alterius incommodo (n) licebit pone-
re, quamvis ut in publicis vicis aut plateis contignationes
construantur facile non concedendum. (o)

XII. Et cum ex neglectu structuræ publicus adspe-
ctus deformis fiat, (p) vicinisque immineat damnum,
juste magistratus cives cogit, (q) ut omnium primo laban-
tes in urbe domus reparent, (r) caducos ad viam muros
emundent firmosque reddant. (s) Hinc & causa refectio-
tionis favorabilis, creditæ in eam impensæ privilegiatæ, (t)
& ubi saltem corruptum in pristinum statum reducitur,
(u) formaque antiqua servatur, (x) reficiens denunciatio-
ne novi operis securus.

XIII. Demoliri econtra integras nec ruinosas (y)
ædes, ut marmora, tegulæ vendantur, constituta in emto-
rem & destruentem gravi pœna prohibitum; (z) ut hæc in
aliam in urbe (a) domum aut ad opus publicum (b) trans-
ferantur, ubi decor publicus servatur, (c) licitum man-
fit, quin & similem everfam domum in hortum conver-
tere magistratus cognita causa permittit. (d)

XIV. Alias ubi validitas & commodum civitatis re-
quirit, (e) Princeps salva æquitate subditis injungit, ut vi-
liora ædificia diruant, eorumque loco meliora reponant
(f) ac jam diruta ad certam formam restaurent.

XV. Nec enim ad illam fiant, (g) quam ex suo vi-
tio, & vetustate inclinata forte & propendentia in publi-
cam, vel vicini arcam modo habuere, sed ulim fuisse fun-
damenta ostendunt, aut esse debuerunt. (h)

(g) v.l. II, d, S.P.U. (h) Mev. Part. 7, dec. 346.

XVI.

(m) l. ii. ff.
& s. i. Com.
præd.
(n) l. i. §. 4.
de Via publ.
(o) eodem
(p) l. 7. de
officio præf.
(q) Mev. P. 8.
Dec. 239.
(r) l. 8. C. de
ædif. priv.
(s) l. i. §. i. de
Via publ.
(t) Nov.
97. c. 3.
(u) l. i. §. de
Via publ.
(x) Mev.
P. 7. dec. 340
id. P. 3.
dec. 68.
(y) v. Got-
tofr. ad l. 2.
C. de cad.
priv.
(z) l. 52. de
E. V & l. 48.
de damno
inf. Brunn.
ad c. l. C.
(a) l. 41. §. 5.
de leg. i.
(b) l. f. de
damno inf.
(c) l. 2. C. de
æd. priv.
(d) l. 3. C.
eod.
(e) Beat.
Struv. de
fac. alien.
reb. ut. d. 13.
(f) l. 46. de
damno inf.



(i) l. 36. de relig. XVI. Sublato quoque ædificio, quod in *sacro*, (i) aut alio commerciis exempto loco (k) positum fuerat, dum hic in pristinum statum recidit & perinde censetur ac si nunquam in eo ædificatum fuisset, illud reædificare non permittetur.

(l) l. 73. de contrah. emt. vendit. XVII. Nec ubi novæ ponendæ domui quærenda est *area* primum, locus *eversæ templi*, (l) *atrium Ecclesiæ* (m) & *cæmeterium* illâ occupari potest, sine metu demolitionis, (n) nec sub pari pœna *muris* civitatum speciali sanctione munitis (o) adjungi quidpiam vel superimponi, sine principis concessione.

(p) l. 50. de acquir. r. d. XVIII. In loco quoque Jure Gentium *communi* magistratus præscitu (p) ædificatur, & quilibet in *littore*, (q) ni jam occupatum sit, (r) aliisque noceat, suum, quod (r) Grot. de B. & P. l. 2. c. 2. §. 15. fiat, exstruit, molibusque in *mare* jactis (s) vel domum vel ripam (t) juris gentium vigore constituit.

(s) l. 14. de acquir. dom. XIX. In *publico* & quod *universitatis* est, superioris consensu (u) opus, *quamvis* qui nemine prohibente, sic ædificaverit, ut publico usui non obfit, *ne* urbs ruinis deformatur, imposito certo solario tollere non cogitur, (u) l. 2. §. 10. & §. 17. (x) cum tamen in *flumine*, potissimum navigabili, vel ripa ejus, molendinum aliudque opus minus concedatur, quo vel navigatio, vel cursus fluminis deterior fit, avertitur vel usus ab aliis occupatus impeditur.

(x) l. 1. §. 12. de flum. v. Heering de Mol. qu. 15. & 16. per tot XX. Inde in *re feudali* aut *emphyteutica* ædificans ob utile ipsi competens dominium de communi quidem jure hæredibus suis impensas repetituris non officit, (y) si vasallus. (z) Crpz. p. 3 c. 31. d. 1. 2. Jure tamen Saxonico (z) soli Domino aut agnatis ad nullam harum refusionem obligatis prospexit.

XXI. Sumtuosam ergo huic, & *Usufructuario* omnem (a) dis-



(a) dissuadeat ædificationem Architectus, cum finito usu-
 fructu nec impensæ a proprietario reddantur, nec tolle-
 re imposita permittatur, refixa vindicare solum concessio.
 (b) In solo tamen, ubi jus *superficiæ* acquisitum, eo firmio-
 rem paret structuram, quod domo semel collapsa aliam
 imponi haut posse plerique statuunt, (c) quamvis alii
 contrarium defendant. (d)

XXII. In *communi area* non contradicente socio ex-
 structæ ædes communes, & si hic intra quatuor post ab-
 solutum opus menses repetitas impensas non refundet,
 ædificantis propriæ fiunt. (e) Et *desolatam* vacuumque
aream, quæ nec a fisco nec a possessore pristino ædifi-
 cari potest, ubi præprimis statuta (f) id permittunt, qui-
 libet ad augendum Reipubl. commodum (g) suis occu-
 pat structuris.

XXIII. Cæterum, ut ad vulgarem regulam (h) *so-
 lo alieno cedit, quicquid illi vel a bonæ vel a malæ fidei pos-
 sessore suo nomine inædificatum* est, adeo ut plerique DD.
 statuunt, stricto Jure nec sumtus, nisi re retenta (i) nec
 materiam nisi diruto ædificio (k) repeti posse; ut contra alii
 actionem negotiorum gestorum utilem competere con-
 tendant. (l)

XXIV. Ita pari generali axiomate (m) *suffultus*
 Architectus *in loco ædificantis proprio, quicquid ipsi utile*
pulchrumque visum fuerit, libere ordinat, etiamsi locus (n)
*ante semper vacuus extiterit, & in præsens alteri com-
 modum auferatur, aut incommodum attrahatur modo ni-
 hil æmulatione, nihil injuria, nec contra leges jus, aut*
servitutes debitas fiat.

XXV. Id enim pro *damno* demum habetur, ubi al-
 teri cum injuria aufertur in suo, quod suum est, & in quo

(a) l. 13. §. 7.
 & l. 7. §. 7.
 p. Usufr.
 (b) l. 15. pr.
 eod.
 (c) v. Valax.
 d j emphyt.
 qv. 33. n. 4.
 (d) Struv.
 Jrp. l. 2. t. 12.
 n. 22.
 (e) l. 27. §. 1.
 de serv l. 11.
 si serv. vind
 l. 4. C. de æ-
 dif. Garpz.
 l. 3. C. 31.
 def. 11.
 (f) Mev.
 P. 8. dec. 308.
 v. Svet. in
 Vesp. c. 8.
 Cuj. l. 19. O.
 65. n. 2. Got-
 tofr. ad l. 5.
 C. d. æd.
 (g) Mev.
 l. 8. dec. 239.
 (h) § 25. J. d.
 R. D l. 7. §. 12.
 d. acq. r. d.
 (i) l. 51. de
 Cond. ind.
 Struv. Bach
 Frantzck.
 (k) l. 59. de
 rei vind.
 (l) per l. 6.
 §. 3. de N. G.
 (m) l. 26. de
 damno inf.
 (n) Christi-
 næus ad
 Stat. Meck-
 lin. t. 14.
 a. 17. n. 8.

B

Jus



jus habet quæsitum, vel proprietatis ratione vel servitu-
tis, vel legis, vel libertatis, vel securitatis publicæ, nec,
(o) Mev. ad si etiam statutis (o) disponatur, ne in alterius damnum
Jus Lub. l. 3. ædificetur, ea in id erunt extendenda, quod, dum jure
t. 12, a. 7, n. 15 quis suo utitur, contingit. Nec deinde bonus vir præ-
(p) Masc. sumitur (p) in *emulationem* struere sed suum usum, ni
V. 2. C. 621. contrarium ex eo, quod nullum aut tenue (q) ex opere
n. 2. l. 51. pr. profocio. magno cum alterius damno coepto commodum sentiat,
(q) Boer. aut ejus inimicus fit, probetur.
dec. 220, n. 9

XXVI. *Servitute* potissimum semel ex justa causa,
(r) l. 4. §. 7. si vel tacite vel expresse constituta, nil contrarium est in-
serv. vind. choandum, five alteri permittat rei nostræ usum five no-
(s) l. 1. §. 1. II bis adimat.
& 19, d. o. n.
nunc.

XXVII. Sed ubi sine jure quis ædificat, Actione
quod v. aut *negatoria* (r) conveniri, *operis novi nunciatione* (s) impe-
clam. diri, *interdicto quod vi aut clam* (t) depelli, *interdicto uti*
(u) l. 6. §. 1. *possidetis* (u) cohiberi, ad *cautionem* de damno infecto (x)
si serv. vend. adstringi poterit, sicut *ipse viceversa confessoria* (y) Actio-
(x) l. 19. §. 1. ne sibi debitam servitutem, & *uti possidetis* (z) *interdicto*
de damno inf. quietam ejus possessionem persequi & conservare valet,
(y) l. 2. §. 1. si unde & horum remediorum requisita & effectus ab Ar-
serv. vind. chitecto (a) ignorari non debent.
(z) l. 3. §. 2. uti possid.
(a) v. l. 5. §. 3. & l. 11. d. o. n.
nunc.

XXVIII. Inprimis area selecta ejus *ambitus & super-*
(a) v. l. 5. §. 3. *ficies* est describenda, dumque vel publicum vel priva-
& l. 11. d. o. n. tum solum attingit ex ædium fundamentis, ni aliud
nunc. appareat, quoad longitudinem & latitudinem optime
dijudicatur. (b)

(b) l. 4. §. 10.
fin. reg.

XXIX. Hinc in *stratis viisque* publicis antiquus ser-
vandus modus, nec protendenda ultra communem vi-
cinis lineam *fundamenta* sunt, nec locus, in quem stillici-
dium cadit, hoc recepto aut aliunde averso, occupandus, ne
coan-

coangustentur ad usum communem relictæ plateæ, neve
recta harum linea quovis modo interrumpatur.

XXX. Quod si vero *stillicidium vicinum versus* casti-
tavit, area quatenus se ejus rigor extendit, & tignorum
protectus competiit, nisi vicinus illam possideat, ad eum
pertinere censetur, cujus ab ædificiis cecidit, quive super
ædificare poterit, si illud aliunde nunc avertat. (c)

(c) l. f. d.
S. P. U. Cœ-
poll. c. 75.
n. 2. & 3.

XXXI. Ubi & ipse *ædificaturus* vicini *stillicidium* in
suam adhuc vacuum aream ex imposta ei servitute *reci-
pere* tenetur, in loco quidem in quo illud cadit, rectè ædi-
ficat, & usque ad parietem vicini ædificium perducit, modo
jus servitutis, quod vicinus habet, non deterius red-
dat. (d)

(d) l. 20. §. 6.
S. P. U.

XXXI. *Interstitia* deinde, quæ *de publico* inter æ-
des vicinas relictæ sunt & unde in plateas egressus est,
vicinalibus quasi comparata (e) ædificando occupare neu-
tri adhabitantium permittitur, (f) cum adversus ignis
casus tutissimum remedium domus propriis circumdatæ
muris sint, quin & idem de *privatis* interstitiis *stillicidii*
causa ex collatione vicinorum relictis statuendum vide-
retur, (g) ni hodie propter spatii lucrum utriusque con-
sensu porrectis utrinque ædificiis ea abrogari solitum.

(e) l. 2. §. 22.
nequid in
l. publ.
(f) Mev.
ad J. Lub.
l. 3. t. 12. n. 13.
(g) Mev.
P. 3. d. 168.
n. 4.

XXXIII. Alias vero *leges*, (h) quæ certum *spatium*
inter domus exstruendas relinquendum determinant.
moribus sublata, (i) contiguis plerumque nostris ædifi-
ciis, ut & frustra allegantur, quæ de *distantia* privatorum
a publicis operibus disponunt, (k) quamvis etiamnum
hodie ob incendii, ruinæ & prodicionis pericula nimia
eorum contiguitas non facile permittatur.

(h) l. f. fin.
reg. l. 12. C.
de ædif.
priv.
(i) Groenv.
l. 9. C. d. æd.
priv.
(k) l. 9. C. d.
ædif. priv.
l. 12. C. eod.
l. 46. C. 1
Theod. de
operibus
publ.

XXXIV. Certus inde Architectus terminorum a-
B 2 rex

(l) l. 3. §. 8. *rea* ipsum opus inchoat dum *effodiendo* primum *funda-*
de pen. leg. *menta* ejus quarit aliaque *subterranea*, è quibus *pennariam*
(m) l. 24. §. f. *cellam* (l) sub suo solo, vel proxime ad vicinas *ades*
de damno *confituit*, (m) modo nec in alienum, nec in publicum
inf. *porrigat*.

(n) l. fin. reg

(o) §. 1. 2.

2. §. 1. *BB.*

a. 122.

(p) l. 21. de

aqua & l. 24.

§. fin. de

damn. inf.

(q) l. 14. §. 2.

de servit.

(r) l. 15. &

l. 9. d. S. P. R.

(s) l. 17. §. 1.

de aqua &

aqu.

(t) l. 18. & 19.

d. S. P. U.

(u) l. 1. §. 4.

de Cloacis.

(x) Mev. P. 3

dec. 36. n. 4.

(y) l. 1. §. 2.

eod.

(z) l. 2. cod.

(a) §. 12. cod

l. 1.

(b) Mev. c. 1.

(c) v. Stat.

Parif. ep.

Lubec. qu.

Mechl.

(d) *BB.* a.

173. §. 1. 2.

a. 7.

(e) Chop. de

Mor. Parif.

l. 1. r. 4. n. 8.

(f) v. VVor-

ton. in El.

(g) l. 17. §. 2. f.

crv. vid.

XXXV. *Putrum* etiam in suo relicta a vicino secun-

dum jus civile (n) passus, Jus Saxonicum (o) trium pe-

dum latitudine libere aperit, utut alterius fontis venæ

præcidantur. (p) *Aquam* vero e publico per publicam

viam sine principis permisso, (q) per privata loca sine con-

stituta servitute, (r) & per lapidem sine hujus speciali

paçto, (s) ducere nequit, nec ejus aut pluvie *castellum*,

canales, fistulas (t) alieno aut communi parieti jun-

gere.

XXXVI. *Cloacam* locum cavum per quem collu-

vies fluit, (u) & *latrinam* receptaculum excremento-

rum (x) propter necessitatem, salubritatem, tutelamque

civitatum (y) noviter effodere, sicut veterem purgare

& reficere invitis etiam vicinis licet, (z) dum vel pavi-

menta in eorum *ædibus* hujus gratia rescindi possunt, (a)

quin ut quilibet *latrinas* proprias & sufficientes habeat,

ad curam publicam videtur pertinere. (b) Tantum au-

tem distent a vicinis parietibus, ne illi madefiant, neve

materia per illos in vicinam aream perveniat (c). Quare

& Saxonico Jure trium pedum interstitium est defi-

nitum, & ut muris cingantur, dispositum. (d) Aliis in lo-

cis nec communi parieti adstruntur nisi adjecto, qui

hunc tueatur, intermedio muro, (e) *spiracula* (f) insuper

per parietes instar tubulorum in patentem aerem ad de-

rivandos noxios vapores transeuntia in quibusdam lo-

cis ita facienda, ut penula spiritum ducens ad minimum

duodecim pedes supra terram surgat. *Sterquilinum* de-

rum ob eandem rationem nec ad alienum nec commu-

XXXVII,

XXXVII. In effodiendis autem hisce omnibus & fundamentis aedium novarum Architectus, ne vicina labe- factentur, (h) fulciendo terram sedulo prospiciat, cum (h) l. 6. C. de metall. damnum inde datum sit præstandum (i) hoc solummodo (i) l. 24. §. 2. d. damno inf. excepto, quod casu, impetu aquæ, palustris & arenosi loci lubricitate evenit. (k) Ipsa quoque fundamenta in vi- (k) l. 24. §. 2. d. damno inf. cinum solum ultra terminum non protendat, cum id subter terram non minus, quam extra illam ad sui domini fun- damina ponenda liberum relinqui debeat. In publicum contra, quantum ad majorem firmitatem opus erit, dum nemini officit, libere immittit, modo in imâ parietum im- positorum parte priscam lineam servare incipiat.

XXXVIII. Igitur ut hos parietes erigat, Architectus foros & pontes tam in publico quam alieno constituit fir- matque (l) cum intersit Reipublicæ, ne ullo modo con- structio ædificiorum impediatur, aut necessaria commo- ditas denegetur, consentienti tamen vicino ejusque ope- rarios admittenti de damno inde facto tenebitur. (l) a. l. 1. §. pr. & §. 1. §. Comm. præd. l. 1. §. 12. d. Cloacis Christ. t. 14. a. 31.

XXXIX. Novum vero proprium parietem in suo sola versus plateam pro lubitu construit, modo a superposita fundamentis parte ad summum usque altitudinis cul- men (m) observata recta linea surgat nec ventrem fa- ciat, nec projiciatur. Versus vicinum ædificans, exoletis, ut ante dictum est, de spatio intermittendo constitutioni- bus, ni similis adhuc in urbe usitatus modus, alieno pa- rieti seu areæ proxime adponit (n) ea tamen firmitate, ut per se idoneus sit ferendis sui ædificii oneribus nec in- clinatus firmiorem vicini parietem premat. Rescindi e- nim quicquid a vicino ædificio in alterius aream pro- cumbit & destrui paries ventrem faciens implorato auxi- lio magistratus poterit. (o) (m) l. 12. §. 2. d. ædif. priv (n) Cothm; V. 2. C. 93. Mev. ad J. C. l. 3. t. 12. a. 13. (o) l. 17. pr. §. serv. vind.

XL. Alieno igitur parieti nihil jure imponit, sed, quod

(p) l. 2. C. de
Rei vendic. quod supra eum seu mala seu bona fide inferiorem ad se
(q) l. 28. de pertinere persuasus (p) inædificavit, ejus facit, cujus
acquir. Rer. paries est, (q) adeo ut & is propria autoritate destruere
Rer. dom. & tollere, quod suum factum, possit. (r) Ubi vero vici-
(r) Schneid. nus *servitutum oneris ferendi* in pariete concedit, isque o-
& Hrpr. add neri ferendo impar fiat, ipse servitutum debens restituere
s. 1. de serv. re illum suis sumtibus tenetur (s) quia ista alias perpetua
præd l. 19. non foret. (t)
ad L. Aquil.
(s) l. 33. de S.
P. U.

(t) Harpr. XLI. *Communis demum paries aut extruendus aut extru-*
c. 1. *ctus est.* Ubi noviter extruitur, æqualibus vicini soli partibus
(u) l. 52. §. 17. & impensis, nec ut intermedius solum sit convenit, uter-
pro socio que vicinorum sua onera, (u) quatenus ejus validitas
l. 12. Com. patitur, superimponit, & paries pro indiviso commu-
divid. nis fit. Ubi autem vel ad medietatem usque hoc in ca-
(x) l. 25 §. 1. su (x) id conceditur aut impares partes & impensæ con-
d. S. P. U. feruntur, pro diviso communis dicitur, & pro ea parte,
(y) l. 22. qua quis contulit, ejus onera sustinet. Si deinde unus
Comm. div vicinorum in *communi* loco utriusque nomine ædificat
(z) l. 16. de repetiturus ab altero dimidiam sumtuum, (y) hic exfo-
Rei Vend. l. 52. §. 10. pro soc. luta ea ad communionem parietis admittitur, (z) quam-
& l. 4. C. de vis nonnunquam in civitatibus, quæ communioni parie-
ædif. priv. tum ob spatii lucrum publica lege favent, (a) ille impen-
(a) v. Stat. sarum collatione liberetur, qui totum parietem suæ areæ
Dresd. imponi patitur.

XLII. *Jam exstructus* inter duas domus intermedius
(b) l. 19. pr. paries in dubio communis præsumitur, (b) iterumque
Comm. div. coepto opere vel *idoneus* vel *inidoneus* invenitur. Tunc
(c) l. 40. §. 1. ubi ferendis utriusque oneribus aptus est, ædificans, *impo-*
de damno inf. nit illi nova onera pro ratione competentis juris, modo
(d) l. 14. §. 1. his non premat nimium, (c) & damnum ex inclinatio-
si serv. vind. ne (d) in alterius ædes, seu aliunde ex opere profectum
(e) l. 37. de refundere paratus sit. *Demoliri* eum novumque exstrue-
damno inf. re aliter non poterit, quam proprio suo sumtu, (e) & præ-
(f) l. 43. §. 1. stito, quanti alteri interest, (f) qui redivus forte ob mi-
& 2. cod. gratio-

grationem aut incommodam inquilinorum habitationem amisit. Hic, ubi utriusque onera jure imponenda sustinere nequit, ille qui magis idonee reaedificare vult, id conceditur vicino ad impensas refundendas obligato, in quibus tamen aestimandis, deducto prius veteris & quod ex hoc in novum conjectum est, pretio, (g) sumtuum habetur ratio, qui non probabilem excedunt modum.

(g) l. 36. l. 38. §. 7. & l. 39. eod.

XLIII. Inde dum parietes construuntur, certæ ædificiorum reliquuntur ubi opus videtur *apertiones*, quo sub nomine Architecti (h) Intercolumnia, Arcus, portas, fenestras, loculamenta, (i) scalas, caminos & cloacas comprehendunt.

(h) v. Blond Cours. d. Archit. P. 4. l. 1. in pr. (i) Gall. Niches.

XLIV. Sunt auem *intercolumnia* spatia inter plures ordine & justa a se invicem distantia collocatas vel muris applicatas *columnas*, (k) quibus ut præcipuis ædium ornamentis illarum frontes condecorantur *porticusque* sustententur. Et hos seu de publico seu de privato solo ædificiis ad usitatam vicinorum formam semel additos nec tollere (l) nec obstruere licet, (m) quo liberum & adversus tempestates solisque æstus tectum iter, paritasque cum coeteris ædibus custodiatur.

(k) v. l. 12. §. 6 C. de ædif. priv.

(l) l. 11 pr. d. S. P. U. l. 1. C. de ædif. priv.

(m) l. 12. §. 6. eod.

XLV. *Arcus* varii in re architectonica sunt generis serviunt enim ad fulciciendos porticus, in curiis Palatiorum, portis, pontibus, aquæductibus eminent, sustententque nonnunquam muros alias labantes & in foundationibus profundis adhihentur. Communior tamen eorum usus in ipsis parietibus est, dum sumtus spatiumque his lucrari queat. Ubi ergo adædificatur parieti vicino nec peculiari nisi ad sustentenda onera ædificans utatur, arcuatum opus sufficiet, ubi vero novus communis paries ejusmodi opere erigitur, spatium ab utraque parte æquale ad intermedium murum dimittatur.

XLVI.

(n) l. f. s. i. d. S. P. U. v. Cuj. l. 13. Obs. 27. (o) Cœpoll. c. 42. l. 16. d. S. R. P. (p) eod. (q) v. l. 1. pr. & s. l. si usu- fr. pct.

XLVI. Januam seu portas versus plateam ad egressum habere opus est, in publicum aperire ejus fores, quatenus itineri non officitur, (n) præprimis in tabernis permissum. Versus vicini aream ostium fabricare, unde quis libere ad eam veniat, nec in proprio pariete conceditur, (o) nisi accessu ad relictum de suo solo interstitium, (p) aut ad locum stillicidium ob servitutem debitam recipientem (q) opus sit, quin & ostium ad interstitium inter vicinas ædes suo in muro solus habens pro possessore ejus loci & in dubio domino æstimatur. (r)

(r) Mev. ad Jus Lub. l. 3. t. 12. a. 13. n. 3. (s) Crpz. P. 2. C. 41. d. 12. (t) Mev. l. 3. t. 12. a. 13. (u) v. Hrpr. add. pr. de servit. inf. (x) Richt. Dec. 6. (y) Perez. ad L. t. de serv. §. 17. Christ. t. 14. 20. (z) Boer. Dec. 320. & Vol. 3. Conf. 135. Mesc. Comr. 621. n. 5. Christ. t. 14. a. 28. n. 3.

XLVII. Fenestras autem in suo pariete vi superioris axiomatis quilibet liberrime fabricat (s) utut ante eas non habuerit, (t) aut ex his in alienum prospiciat, aut proximos vicino adhabitet, (u) cum hic vicissim, nisi debeat, luminis aut prospectus servitutem hunc & lumen ipsum contra in suo ædificando licite auferre queat, (x) aut saltim magistratus ope impetrare ut, si molestus nimium prospectus sit aut e facili descensu periculum metuendum, ferreis clathris firmisque vitris communiantur. (y)

XLVIII. Nec hic etiam hominum malitiis est indulgendum, qui animo nocendi simile quid audent facere, quo vel vicini inimici secreta perscrutentur vel lascivos oculos aspectu uxoris ejus aut filiarum pascant (z).

XLIX. E contra alieno aut communi parieti fenestras immittere luminum non constituta servitute jure prohibitur, (a) cum hac demum acquiratur, ut vicinus illas in suo aut communi muro excipiat nec obscurare aut impedire queat. Quod si tamen lucifera tantum permiffæ sint, sex pedum intervallum ab imo pavimento in altum servandum (b) nec in fraudem legis fictitium tabulatum excitandum, unde in vicinum in fraudem servitutis prospiciatur.

L. Loc

L. *Loculamenta* quibus coeae & imperviae fenestrae assimilantur, communi parieti in ipsa structura ab utraque parte immittuntur frequentius, adeo ut iis sic inventis dubius alius paries pro communi aestimandus sit.

LI. *Scalas* porro aedium praecipuam partem ut commoda ut luminosa sint, (c) prudenter collocare decet. Easque in *publico* quidem solo juxta domum aedificare regulariter non permissum, (d) licet stillicidium se supra locum nihilominus publicum manentem extendat (e). Dum tamen adscensu in aedes paululum elato frontis aspectus venustior, habitatio salubrior reddatur, accedente locorum consuetudine sine publici itineris detrimento id non denegandum est (f). Si per *privatum solum* iter ad domum illo altiore servitutis jure competat nec ex plano aditus sit, gradus & clivi prope januam recte construuntur, (g) cum concessa servitute omne id concessum videatur, sine quo haec usui esse alius nequit.

(c) Vitr. l. 9
c. 2. l. 6. c. 9.
(d) v. l. 12 § 5
C. de aed.
priv.
(e) C. de p. c.
54. n. 6. Re-
buff. ad l. 13.
f. d. S. P. U.

(f) Rebuff.
c. 1.

(g) l. 10. de
servit. l. 20.
§. 1. d. S. P. U.

LII. *Intra aedes* vero *scalae alieno* muro adponi possunt, si nec tignis nec lapidibus immisis eo requiescant, sed lapideae suis fundamentis innitantur, lignae per se consistant. Ad *communem* etiam parietem haberi, (h) si remotae refectionem ejus non impediunt, imo lapideae immitti ad sustinenda utrinque onera idoneo parieti poterunt.

(h) l. 19. § 2.
d. S. P. U.

LIII. *Caminum* seu structuram vel in muris porrectam vel extra eos productam qua ignis accenditur, fumusque per tubulos emittitur, nec in *communi* pariete fabricare, nec juxta illum habere licet, (i) ni priori casu factis crassus & prodiviso communis paries cavaturam patiat, posteriori casu huic semipedalis ad minimum murulus adjiciatur, (k) insuper tubuli tam alte subducantur (l) ut vicinus inde nec fumo molestiam, nec flamma periculum accipiat.

(i) l. 27. §. 10.
ad L. Aqv. l.
13. de S. P. U.

(k) Cormer.
Cod. l. 3. t. 1.

e 3. n. 103.

(l) Christin.

t. 14. a. 43.

LIV. *Cloacam* demum vel canalem per quem excrementa & colluvies a superioribus ædium partibus emittuntur in suo pariete ædificare nemo prohibetur, quantumvis vicinus de fœtore ingratoque adspectu conquerat (m). Quod si tamen se iu flumen exoneret, intra domum potius quam extrinsecus ad parietem constituatur, communi vero aut alieno non nisi contra damnum probe communitus adponi potest.

(m) Carpz.
Dec. 108.

LV. Cæterum ædificans *parietes* ad cælum usque ut Dd. loqui amant, jure suo & domini vilibere tollit (n). utut etiam vicini luminibus officiat, ejusque ædes obfuret (o), cum damnum dare non intelligatur, qui saltim, lucro alterum prohibet, nec nocendi animo quid facere, qui utilitatem inde quærit.

(n) l. 26. de
damno inf.
(o) l. 9. d.
S. P. U.

LVI. Derogatur vero huic libertati naturali constitutis quibusdam *servitutibus*, si quis tacite ad alterius prohibitionem ab opere tollendo per longum tempus desistens, si expresse vicino obligatus sit *altius* suum ædificium non tollere, *ejus luminibus* ejusque *prospectui* non officere, & *stillicidium* in suum tectum recipere. Hisce enim posterioribus servitutibus hoc vel maxime adeptus vicinus videtur, ne jus ædificanti sit invito eo altiori structura usum & commodum earum impedire vel minuere quamvis prior amplior sit & omnem ulteriorem impositionem vetet, hæc econtra illam non prohibeant, ubi servitutum commoditas servatur & vicino non officitur.

(p) l. 38. d.
S. P. U.

(q) l. 7. pr.
Comm. div.

(r) l. 4. §. 7. fi
serv. vind.

(s) l. 6. §. f.
eod.

(t) l. 12. §. 4.
d. ædif.

ap riv.

LVII. Sed & si ædes a servientibus tantum distent, ut prospici nequeant, (p) aut intermedia (q) aliorum ædificia a suis dominis elata (r) conspectum auferunt, (s) ut non videatur luminibus quis obstiturus, aut si prospectus tantum è culinis, latrinis, scalis vel trajectibus ad diverticula vicorum pertinentibus superfit, altior ædificatio omnimodo

do permiffa erit, ficut ille, qui ftillidium in ædes fuas de-
cidens recte recipit, ad alterius ufque tectum has extol-
lere non impeditur (u). Imo ipfæ fervitutes ne lumini-
bus & ne ptoſpectui officiatur a fe invicem non mini-
mum diftinctæ funt, cum hic gratior & liberior proſpe-
ctus relinquendus, illic fufficiat, quod lumina non ob-
ſcurentur (x).

LVIII. Derogant deinde *leges & ftatuta* quibus cer-
ta altitudo ædificiis præſcripta eſt, quin & longi tempo-
ris (in urbibus ſervata conſuetudo vicem ſervitutis obti-
net (y), & in ſuperimponendis ædificiis modum uſitatum
(z) formamque antiquarum ædium excedere (a) non facile
conceditur, cum & ob pericula incendiorum (b), discrimi-
na facilis ruinæ, ingratum oculis intuentium diſparita-
tem (c) interceptum aerem & ſolem (d) ædificiorum alti-
tudo merito fit cohibenda (e). Ubi etiam hoc factum, mo-
dusque ad 50, 60. aut 70. pedes definitus eſt, ſoli parietes
& tabulata illo comprehenduntur, nec tectum deſuper im-
ponere ultra hanc menſuram prohibetur.

LIX. Parietibus vero exterioribus erectis *interiores*
ædificii *partes* Architectus *diſponit* aut ad ministeria aut
habitationem aut receptus, prout capacitas loci, qualitas
Regionis, dignitas domini, & venuſta totius operis ſym-
metria patitur aut poſtulat. Hinc *Vestibula, Porticus, Atria,*
ædium cava, ale, ſtabula; Balnea, culina, Penaria, Peryſtilia,
cænacula, hypocausta, cubicula, bibliotheca, armamentaria nec
legibus noſtris incognita nomina ſunt.

LX. Utut autem harum omnium libera distribu-
tio Architecto permiffa videatur, inprimis tamen *cavæ-*
dia & compluvia ut vicinis parietibus innoxia ſint, mu-
rali ambitu claudat, *Stabula* propter ſimum & fordes alia-
que, ubi periculofæ aut ob fætorem vel tumultum into-

(u) l. 20. § 6.
d. S. P. V. l. 23
cod.

(x) l. 15. cod.

(y) l. 1. C. de
ſerv.

(z) l. 1. C. de
ædif. § priv.

(a) l. 11. d. S. P.
V. pr. & §. 1.

(b) Sen. l. 2.
Contr. 3.

(c) Viſtor
in Traj.

(d) Gotofr.
ad l. 1. C. de
ædif.

(e) Tacitus
l. 15. H. c. 43.

n. 10

(f) *Mev. l. 3.* **terribiles artes exercentur, a vicinorum (f) & potissimum**
l. 12. c. 12. **eruditorum (g) habitaculis, quantum, licet semoveat, Bal-**
(g) l. un. C. **nea concameret, (h) nec si assiduum humorum causen-**
de lib. stud. **tur (i) communi, nec furnos aut focos in culinīs alieno pa-**
Carpz. P. 2. **rieti (k) adstruat, hisce jam in jure Saxonico triumphedum**
C. 37. d. 23. **distantia definitâ. (l)**
(h) l. 1. C. de
æd. priv.

(i) l. 19. pr. d.
S. P. V.

LXI. Ubi porro distributæ ædium partes contignan-
(k) l. 13. eod. **tur & concamerantur, caveat Architectus ne tigna, cœte-**
l. 27. §. 10. ad **ramque hoc sub nomine intellectam materiam (m) alieno**
L. Aquil **parieti non acquisita prius tigni immittendi servitute & com-**
(l) §. 1. l. 2. **muni ad utriusque domus sustinenda onera non destina-**
a. 51. Carpz. **to nec sufficienti (n) immittat, quæ vicino eximere & re-**
P. 2. C. 14. d. **scindere impune licet. Nam siquidem hic ante passus**
53. **sit immitti, & per constitutum tempus tigna in suo fue-**
(m) §. 29. J. **rint, in eorum quoque locum alia substitui patiatur, nova**
de R. Div. **tamen aliunde inferri permittere haut cogitur. (o) Jux-**
(n) l. 36. de **ta communem parietem tigna columnis ab iisdem sepa-**
damno inf. **ratis imposita cameramque figulino opere seu laterculis**
(o) l. 14. pr. si **ita factam, ut illi non incumbat, sed sublato etiam parie-**
ferv. vind. **te consistat, jure quilibet habebit. (p)**
l. 12. eod.
(p) l. 19. §. 1.
de S. P. V.

LXII. Demum operi imponitur tectum, quod &
(q) l. 242. d. **leges stillicidium appellant (q). Et hoc quilibet in suo de-**
V. S. **vexa obversa que figura pro lubitu format, nec ut juxta**
tectum canales ponat, qui pluviales aquas recipiant, & in
(r) Cœp. l. 1. **plateam deducant, cogitur, (r) modo in relicto suo solo,**
C. 78. n. 39. **commune versus, rivum per longitudinem depressum,**
(s) l. 13. si **ita muniat, ut aqua decidens per eam sine damno vici-**
ferv. vind. **ni parietis decurrat (s). In publicum vero stricto jure,**
(t) a. l. 17. de **non derivat, dum hoc non minus quam privatum solum**
aqua & l. 2. **liberum relinqui debet (t), bene tamen ex communi in**
§. 31. ne quid **civitatibus consuetudine (u). In alienum tectum vel aream**
in loc. publ. **nullo modo (x) avertit, ni vicinum prædium hanc servi-**
(u) Cœpoll. **tutem debeat, ut aquam ex ejus tecto stillatim decidentem**
c. 42. inf. **vel**
(x) §. 1. l. 2.
a. 49.

vel collectam & per tubos & canales *instar fluminis defluens* rem suscipere teneatur, aut ipse contraria vicino servitute obligatus sit, *ne aquam vel flumen* è suis ædibus veniens & forte ad cisternam vel aquarium alterius implendum utile ab hujus prædio *avertat.* (y)

LXIII. Et dominum stillicidii *hæc* posterioribus *causis* ad exemplum ejus (z) qui servitutum oneris ferendi debet, ad reficiendum illud, tegulas & canales reponendas teneri, quo usus servitutis non impediatur, alii haud iniquum esse statuunt, ut illud dubio non careat (a). *illis* vero altius quidem ædes tollere, sed inferius demittere haut poterit, *ne* gravior servitus & vicini conditio deterior reddatur, non *quod* cassitatio altiori vi ventorum sæpius dispersa levior multum sit, (b) quam *quod* depresso ædificio servienti majus spatium ad extollendas suas ædes adimatur. Ex eadem priori causa retroducere non producere stillicidium nec si ante (c) è tegula cassitaverit, ex tabulato aut alio tecti genere immittere, (d) sed sublatum saltim ædificium in pristina specie & qualitate reponere concessum. (e)

LXIV. Ubi autem modus usitatus obtinet, ut *rectæ* sine intermisso spatio in vicinum *obvertantur*, frontispiciis eorum in plateam directis, ut hæc lapideæ sint, ad ornatum & securitatem publicam spectat, (f) ut *canalis* ad educendam aquam pluviam intra duas domus positus pro communi habeatur, & communibus reficiatur sumptibus, non dubitandum est, utque ille, cujus parieti hic totus incumbit, quive adeo ferendi canalus onere solus gravatus, a sumptibus in reparationem impendendis sit immunis, æquitas svadet. (g)

LXV. Ut ergo tecti rigor regulariter in alienum averti nequit, ita nec aliud quidpiam ædificari poterit, quod

(y) v. Franz.
t. ff. de S.
P. U. n. 18.
seqq. Puff.
l. 4. c. 8. §. 17.
(z) l. 33. d. S.
P. U.
(a) Cœpoll.
c. 29.

(b) l. 20. §. 5.
de S. P. U.

(c) eod.
(d) eod. §. 4.

(e) eod. §. 2.

(f) v. Stat.
Hamb. l. 2.
f. a. 44.

(g) Besold.
Thef. Pract.
l. T.



supra alterius solum *promineat*, etiam si in solo ædificantis nec quiescat, nec vicinum parietem attingat: Sed *servitute protegendi* constituta non solum tectum ædium & tigna ejus ad præscriptum modum *provehuntur* & educuntur, sed & ubi opus est, *suggrundia* ædes ab imbrum vel ventorum injuria tuentia affiguntur. (h)

(h) v. Franz.
d. S.P.V. n.
17. l. 2. cod.

LXVI. Altera *projiciendi* in specie sic dicta *servitute* acquisita, & sine tegumento quid in alienum extra mœnia producere permissum est, ut *mœniana*, solaria aliaque spectandi causa tignis extra murum projectis imposita. In publicam etiam plateam illa sine superiorum, permissu licite haud construuntur. Sed cum & vicinorum ob interceptum à latere prospectum, & civitatis ob faciliora incendia, & ædium ruinas intersit, ut eorum modus statuatur, & vel ipsa fabricare ad prisca Romæ leges prohiberetur, sic ad minimum prospiciendum est, ut a vicinis (i) justo spatio distent, nimis non promineant, nec solis lignis aut tabulis conficiuntur sed ab imo solo ita, elata & eorum columnæ huic sic impositæ sint, ne angustius publicum iter fiat,

(i) v. Const.
Zononis in
l. 12. s. 5. C. d.
ædific. priv.
Perez. cod.
n. 5.

LXVII. Absolutis quoad potiorem structuram, ædificiis, inferioribus ejus partibus *pavimenta*, exterioribus, *tectoria*, cœteraque hominum ingenio excogitata ornamenta addi solent. Qua de causa & in his advertat Architectus, quod contignationes in parietem communem vel alienum jure servitutis immixtas pavimento solido vel lateribus cooperire, & communem ipsum Parietem incrustare (k) non prohibeatur, quamvis hoc casu pretiosa in eo tectoria & picturæ, ubi impensarum ratio habetur, non pluris quam vulgaria æstimentur, (l) sicut & in alienis ædibus alii in picturas facti sumtus pro voluptariis habentur, ni forte cœnacula inde carius elocari possint, (m) & tabulæ pictæ crustæque marmoreæ pro tectorio inclusæ eximi nequeunt. (n)

(k) l. 13. s. 1.
d. S.P.V. l. 3.
s. 9. Uti poss.
(l) l. 13. s. 1. d.
S.P.V. l. 40.
de damno
inf.

(m) l. 79. inf.
d. V.S.

(n) l. 17. s. 3.
de Contr.
E.V.

LXVIII.

LXVIII. Coeterum quæ in construendis ædificiis privatis observanda, tam ad *rustica* quam urbana spectant. Siquidem utraque quoad potissima membra & impositas servitutes conveniunt, in solo nomine & usu differentia, consistente. Sunt autem eorum magnitudines (o) ad modum agri, copiasque fructuum comparandæ & dicuntur proptie *ville*, (p) quarum tres partes Romanis & nostris etiamnum usitatas Columella constituit *Prætorium* seu urbanum ædificium quod Dominus inhabitat, *Rustica* ubi Colonus cum suis agit, ubi in Equilibus Bubilibus Ovilibus armenta & pecora sunt. *Fructuaria* in quibus fructus colliguntur & reponuntur, & quæ hoc speciali gaudent privilegio, quod vicinus etiam in suo nil ædificare queat, quo accessus venti ad aream ita impeditur, ut paleæ non secernendæ sint. (q)

(o) Vitruv.
l. 6. c. 9.
(p) l. 211. d.
V. S.

(q) l. f. C. de
Servit.

LXIX. Nulla autem Architecto major cura fit, quam ut *Publica opera* cum acumine iudicii ordinet, (r) ne vitiosa facile fiant, (s) sed ut potius magnifica & pro eorum usu ornata splendidior civitatem reddant aliosque ad visendam & inhabitandam eam alliciant. (t)

(r) Vitruv. l.
6. c.
(s) l. 8. C. de
oper. publ.
(t) Chock.
Aph. Pol.
c. 16.

LXX. *Nova* tamen opera inconsulto Principe inchoare nec ex ærario, nec antequam jam cœpta, vetustate diruta, aut desidia derelicta completa fuerint, inferiori magistratui licebit, (u) cum & in nova opera legata pecunia in tutelam veterum magis convertenda sit, quam in inchoanda eroganda, ubi præsertim ad *restitutionem* aliunde sumtus difficulter inveniuntur. (x)

Forst. ad A.
Tac. l. 11.
(u) l. 22. C. d.
oper. publ.
(x) l. 7. D.
eod.

LXXI. Dein *destruenda* sunt, quæ opera publicis ita sociata cohærent, ut ex his incendium vel infidias vicinitas reformidet, aut spatia platearum angustentur, latitudo atriorum minuatur (y). Sed ubi collocata principis imago fuerit, hæc cum reverentia deponatur aliumque

(y) l. 14. C.
eod.

(z) l. 16. C. que in locum restituatur (z). Quin & si privatæ domus
eod. obstant futuro exstruendo aut dilatando operi diruere,
(a) l. 6. C. eas, perfoluta dominis æstimatione, liberum erit (a).
eod.

LXXII. Privatus autem proprio sumtu & sine Prin-
cipis rescripto, cessante æmulatione vetus restaurat, &
novum exstruit, illique nomen suum eorum nominibus,
qui autores operis fuere, addit, huic noviter inscribit,
quo tamen in operibus publico sumtu excitatis auso, &
ipsi magistratus criminis læsæ majestatis obnoxii fie-
rent (b).
(b) l. 10. C. eod. Brunn.

LXXIII. Adnumerantur autem *Publicis operibus* quæ
Religioni quasi sunt dicata *Templa, monasteria, Schola, Xeno-*
dochia, Cæmiteria, quæ ad *Rempublicam* defendendam
exstructa *Castra & Munimenta*, adgubernandam elata, *Pa-*
latia, Curia & Judicium Prætoria, quæve demum *Universti-*
tatis usui inserviunt, *fora, via publica, portus, pontes canales,*
aqueductus castella, fontes, mercatoria, theatra, balnea, gymna-
sia, nymphæa, Singula rite ordinare Architectum sua edo-
cet scientia cui & nonnulla ipsæ leges statutaque submi-
nistrant.

LXXIV. Hæc & quæ cætera hujusmodi in legibus
decisa sunt nosse oportet Architectum, ut quod supra
dictum suo consilio in constituendis ædificiis utentibus
Vitr. l. 1. c. 1. cavere possit, ne difficilibus exinde controversiis impli-
centur. Jam & sæpe talibus subortis ipsum tanquam
rei ædificatoriæ peritissimum evocant, qui desuper *senten-*
tiam suam exposcunt. Qua de causa nec hîc deficiat
nec Juris notitia destituatur, sive de *opere novo & nunciato*,
sive de rebus unde alii *cautionem* quærentes *damnum* ti-
ment, refert; sive *elocatum* & perfectum ædificium *appro-*
bat, sive *venale inspicit*, sive demum *impensas* aut ipsum
opus æstumare debet.

LXXV.

LXXV. Requiritur vero ad hæc singula Archite-
ctus vel ab ipsis *partibus* vel earum *Judice*. Tunc iterum
aut una tantum pars ejus informationem, consilium vel in
rebus dubiis sententiam *Judici* post offerendam deside-
rat, aut *utrumque* eum eligit quo natas inter se quaestiones
visis operibus ad conscientiam peritiamque artis definiat
Priori casu fines consilii aut mandati non excedat, si de
area vel servitutibus quaeritur (c) minus falsa renunciet,
nec in ipsa ædificii, tigni, lapidis vel alterius rei (d) mensu-
ra fallat, cum in his & nullo honorario accepto (e) ob do-
lum & huic æquiparatam latam culpam ad omne domini
intresse teneatur (f). *Posteriori vero casu* ab arbitratore
parum differt, sed quæ hos decent & compromisso con-
veniunt, (g) servet & statuatur, æque ut aliud laudum, si
gratia & inimicitia abfuit, valida.

(c) l. 6. &
mens. fall.
(d) l. 6. & 7.
cod.
(e) l. 1. s. r.
cod.
(f) l. 3. s. r.
cod.
(g) l. 13. s. 15.
de recept.
& arb.

LXXVI. Hic è contra *Judex* vel *ad partium instan-*
tiam, vel proprio motu & ut dici solet, *ex officio*, ubi e par-
tium deductis non satis scopum controversiæ intelligit,
ubi res localem inquisitionem exigit, (h) ipse cum Archi-
tectis & fabris eam oculis subjicit, aut quod est frequen-
tius, ex hisce delegat, qui inspecta & nonnunquam etiam
delineata referant, operis faciem, laterum terminos, pri-
stinam formam, præsentemque statum sedulo adnotent,
cum plerumque hæc *Judici*, *partibus*, *Advocatis*, *testibus*-
que compendio ubivis & utilitati sint. (i)

(h) l. 4. pr.
d. damn. inf

(i) Ruland.
de Comm.
P. 2. l. 3. c. r.

LXXVII. Et sunt queis hac in parte placuit, quod
Judex vel *unicum* saltem sed peritissimum *Architectum*,
ad inspicienda ædificia mittere possit, (k) cum tamen peri-
ti nonnunquam testibus comparentur, quorum unus non
sufficit, oculi & plus videre solent quam oculus, tutius cer-
te erit, ni consentiant partes, plures in arduis causis, (l)
& numero, si licet, inæquali eligere, quo uno discrepan-
te reliqui majora vota constituent, (m) quamvis non sit

(k) Bursat.
Conf. 17. n.
22. Vol. 2.
(l) Gail. l. 2.
Obs. III. n. 3.
(m) Myns.
c. 6. Obs.
34 n. 6.

D

diffi.

diffitendum, Judices ut plurimum ad definitum in Novel-
 (n) Nov. 7. lis modum (n) *duobus* primatibus *Architectis*, aut aliis in-
 c. 3. §. 2. signibus mechanicis, quin & *sæpius unico*, ubi hunc solum
 (o) c. Nov. e publico salariatum civitas habet (o), uti, fidemque tri-
 buere, cum regulariter ejusmodi salariatus dexterrimus,
 (p) l. 3. C. de eorumque, quæ in oppido hoc in genere frequenter fiunt,
 adif. priv. (p) peritisimus præsumatur (q). Quicquid autem hujus
 (q) Moller. femestr. qv. fit, & quotquot etiam in his negotiis adhibentur, illi omnes
 l. 1. c. 10. solenni prius *juramento* quod nec gratio nec odio, sed se-
 cundum peritiam artis suumque Judicium inspecta re-
 (r) l. 20. C. d. ferre velint, adstringendi sunt, (r) ni forte ante magistra-
 Instr. Nov. 7 tui paria jurato promiserint, (s) aut *partes* illud remit-
 c. 3. §. 2. tant.

Carpz. P. 4. LXXVIII. *Hæc* etenim & quibus interest *vicini*, in-
 c. 33. d. 5. dulto termino, determinato loco, inserta causa & nomi-
 (s) Mynf. l. 6. Obs. 32. inf. natis *Architectis*, inspectioni ut adsint, legitime *citandi*
 veniunt, quo *exceptiones* vel contra hos suspectos, vel ar-
 (t) Kul. l. 4. tis suæ minus peritos, vel numero non sufficientes, vel
 c. 9. & 8. contra ipsum, quod agitur, negotium valeant allegare, (t)
 utut *emanantibus* illis, aut uno alteroque contumace, ubi
 res in primis nullam patitur dilationem, inspectio sine ul-
 teriori mora fieri poterit, actu non minus ac si præsentem
 fuissent, subsistente, modo in eo, quod fieri debuit, ob-
 (u) Kul. P. 2. servatum (u). *Architectus* tamen requirenti Judici nec
 l. 3. c. 12. & 13. subditus nec juratus seu allegatâ seu omisâ causa impu-
 (x) Gail. l. 1. ne *non paret*, nec ad hos actus cogi poterit. (x)
 Obs. 41. n. 6.

LXXIX. Cæterum si *sponte* aut *officii mentione* eos ex-
 pedierit, relationem, seu quod Jura dicunt, *renunciationem*
 judici, & ubi huic videbitur, ad testium deponentium,
 exemplum absentibus partibus, tam oretenus quam scripto
 additis rationibus faciat, nec ubi res certo sciri potuit, &
 (y) l. 19. §. 7. ratio mutationis deest, *sententiam* corrigat (y). Hæc enim
 de recept. ob spectatam in rebus ædificatoriis peritiam præstitumque
 jura.

juramentum (z) tanti valoris est, ut raro probatio in con-
trarium admittatur, raro Judex ab ea recedat, ut etiam
in arbitrio ipsius vel confirmare vel retractare peritorum
dicta relictum sit (a). Imo ubi illa semel approbata, par-
tibus publicata nec remediis suspensa fuerit, transit in rem
judicatam (b).

LXXX. In primis plurimarum civitatum usus obti-
net, ut *novo meditato opere*, ubi fundamenta ponuntur, Ar-
chitecti requiri debeant, qui inspecta re vicinisque con-
vocatis de controversiis finium, servitutum & communi-
um parietum cognoscant & si liceat, certum modum ædi-
ficii determinent. Hos igitur, quæ supra circa terminan-
dum ambitum notata sunt advertere, *Parietes proprios* ex
immisfis forte ab una saltim parte tignis, loculamentis,
fenestris, portisque, *communes* e lapidibus proeminenti-
bus, relictis ab utraque parte in ipsa structura arcuum
spatiis, fenestris imperviis, epystiliis, aliisque hujusmodi à
Dd. recensitis signis (c) dignoscere, *quousque* hi parietes su-
stinendis oneribus idonei sint, colligere, ubi *luminibus offici*
possit monstrare, (d) *modum altitudinis* usitatum scire eo-
rumque, quæ in iisdem de rebus ædificiorum controver-
siis frequenter servata sunt, recordari, ubi vis vero legali-
ter & perite judicare decet.

LXXXI. Porro ubi *novum opus*, veteris pristina fa-
cie aut ædificando aut detrahendo immutatâ, (e) *nuncia-*
tur & Architectus vel ad denunciantis requisitionem co-
ram *notario & testibus*, (f) vel ad *Judicis decretum* modulos
operis sumit, quantum ædificatum, (g) quamve ejus spe-
ciem invenerit, (h) dextre referat, quo sciri possit, quid
destruendum aut restituendum sit nunciante victore (i)
Suam quoque hac in re sententiam, si desideratur redde-
re noverit, cum & hinc illi multam fidei haberi solet.

LXXXI

D 2

LXXXII.

(z) l. 20. C. de
Instr. fide.

(a) Christ.

t. 14. a. 2.

Rul. l. 4. c. 12.

(b) Carpz.

P. 1. C. 26.

def. 4.

(c) v. Masc.

Concl. 1149.

Menochius

p. 6. Præf. 73.

Cœp. de P.

U. S. c. 40.

Manz. de

muro Com.

(d) v. Vitr.

l. 6. c. 9.

(e) l. 1. §. 11.

d. n. oper. n.

(f) v. Schvv.

Proc. Cam.

l. 1. c. 10. n. 45

Volckm. V.

4. t. 1. c. 5. n. 4

(g) l. 8. §. 1.

ead.

(h) l. 21. §. 3.

ead.

(i) l. 20. §. 3.

& l. 21. §. 1.

ead.

LXXXII. Ubi vero quis *infecti damni cavere* sibi potestulat, (k) quod ædium vel operis in urbano vel rustico privato publicoque facti vitio futurum timet, & Architectus inspiciendis *ruinosis adibus*, vel ad localem periculo-
(k) l. 13. §. 3. de damno inf. *sæ rei* inquisitionem (l) mittitur, soli alterius longuiqui-
(l) l. 4. pr. eod. Proc. Cam. S. 5. c. 1. Rul. P. 2. l. 3. c. 4. n. 3. tatem, illiusque magnitudinem spectet, (m) omnibus-
(m) l. 14. eod que circumstantiis rite expensis, an revera damnum im-
 mineat vicino, an vero hic calumniose alterum laceffet, Judici exponat. Quod si etiam *incendio culposo*, vel ædi-
 um ruinis *damna jamdum data* sint, Tunc Architectus loca, ubi ignis haberi solet probe confiderat & an com-
 munita fatis fuerint, inquirat. *Hic an ipsius structura vitio*
(n) l. 24. §. 2. de damno an loci palustris vel arenosi lubricitate (n) terræ motu,
(o) - - §. 3. eod. venti fluminisque vi (o) alioque fortuito casu acciderint.
(p) §. 10. & 11 eod. Ita enim, ubi nec ante vitiosæ & deteriores factæ ædes
 qualibet vel minima tempestate ruere potuissent (p) do-
 minus eorum non tenebitur.

LXXXIII. Inde Architecti, quibus hic mensores ædificiorum in Romana Republica non incogniti (q) æque
(q) v. Plin. l. 10. Epist. Briss. Form. l. 6. p. 518. comparantur, a magistratu vel privatis adhiberi solent, ubi
(r) l. 7. §. 2. d. l. Jul. repet. *elocata opera approbanda* sunt. Sicut enim legibus (r) pru-
 denter cautum est, ne in acceptum feratur *opus publicum*
 elocatum, antequam ad legem locationis perfectum, pro-
 batumque foret, utque a redemptoribus facta, hoc est, in-
(s) v. Cicer. l. 3. in Verr. Liv. l. 42. & 45. tegralibus aut additum aut inest, ut opus arbitrio ipsorum
 fiat, ejusque approbatio aut improbatio sit locatorum (t).
(t) l. 60. §. 3. locati. Hic igitur, ut supra demonstratam est, nec dolo nec cul-
 pa in mensura fallat, materiam in ædificando a Redem-
 tore adhibitam examinet, & an singula solida, firma, exa-
 cta & ad conventum modum bene & diligenter ordinata
 sint, inspiciat, & sine odio in Redemptorem, sine gratia in
 dominum, tanquam bonus & peritus vir renunciat, quo
 uterque a se invicem absque damno liberetur.

LXXXIV.

LXXXIV. Non minus qui *edes emunt, eas prius ad-*
hibitis Architectis & fabris perspiciunt, quo, an in tecto, an
 in parietibus vitii quid sit cognoscant. (u) Quare & hinc (u) v. Cicer.
 Architectus ut cuncta invenerit, fideliter exponat, cum 1.9. Ep. 19. ad
 alias emtor ejus renunciatione ad majus exsolvendum, famil.
 pretium inductus ipsum ad interesse convenire queat (x). Sveton. in
 Ubi quoque domus bene ædificata, ædes ut optimæ ma- Oth. c. 6.
 ximæ veneunt, an & bonæ sint, & ædificatæ ratione (y) (x) l. 3. §. 2. si
 per Architectos inquiritur, hoc ex fide ad suam peritiam mens. fall.
 relaturos. (y) Cic. l. 3.
 Offic.

LXXXV. Pari ratione & *impensa vel necessario vel*
utiliter vel voluptariè in rem ædificatam factæ per illos
calculari aut examinari solent. Quibus ergo opus instau-
 ratum, tectum, substructum, fulcitum factum redditum
 breviter resectum reperitur, eas omnes ut necessarias, sine
 imminutione (z), Quæ rem meliorem & utiliorem red- (z) l. 1. §. 3. d.
 didere, ad probabilem modum (a), quæ speciem dunta- Imp. in rem
 xat ornarunt, rem pretiorem non fecere (b), & in his vi- dot. f.
 ridaria, picta tectoria non pluris quam vulgaria æstuman- l. 10. §. 1. de
 tur. Alias in singulis materiæ, mercedis fabrorum & neg. gest.
 sum tuum in machinationes justa ratio habetur. (a) l. 5. §. f. d.
 Imp. in r. d.
 (b) l. 79. d.
 U. S.
 Gonz. de
 Exp. c. 21.
 n. 21.

LXXXVI. Demum *Architecti ipsa ædificia æstumant,*
 quorum verum pretium rescire opus est, sive de iis inter
partes litigantes, dividentes & contrahentes non convenit,
 sive *Judex ex officio taxationem jubet.* Facienda vero
 ea est non ex affectione singulari aut unius alteriusque
 licitatione, sed aut pro *ædificii qualitate,* aut pro *quantitate*
 inde percipiendorum *redituum.* Priori casu secundum
 partes singulas instituitur, & sumpta parietum mensura,
 quid in fundamentis, cœmentitio opere, saxo quadrato,
 anchoris tectoriis quid in tecto, contignationibus, pavi-
 mentis, ostiis, fenestris, fornacibus ad modum Regionis
 expendi potuisset, computandum erit habita & hinc simul
 D 3 ætatis

¶ Vitruv. ætatis ratione, ut quanto domus diutius jam steterit, tanto pluri pretio decedat. *Posteriore e contra casu* ampliora ædificia, in quæ multum erogatum olim fuit, si nunc præter habitationem suo domino nihil lucri reddunt, sed ut facta tecta conseruentur, quotannis novos sumtus auferunt, minoris taxantur, quam parvæ domus commodo loco sitæ & carius elocari solitæ.

(c) Vitruv.
l. 1. c. 1.

(d) Vitruv. c. 1.

(c) Puff. de
J. N. & G. l. 5.
c. 6. §. 1.

(f) Vitruv.
l. 1. c. 1.

LXXXVII. Utque Architectum in his omnibus facilem, æquum & fidelem esse, nec animum cupidum & muneribus accipiendis occupatum habere sed cum gravitate suam tueri famam decet, (c) ita quoque ejus dignitati convenit, ne se ipsum, ubi ædificatur, ingerat, ambiatque ut architectetur. Hoc enim jam Vitruvio a præceptoribus est traditum (d) rogatum non rogantem oportere suscipere curam construendorum operum. Siquidem is, qui sua scientia tot disciplinis variisque eruditionibus ornata alterum hujus inscium adjuvat, potiore jure ambiendus est, quam hic ipse, cui beneficio ejusmodi concedit frui. Movetur etiam pudore ingenuus color rem petendo, quæ vel prædam quæri alienis sumtibus, vel ad minimum notitiam & famam rogati suspiciantur. Imo eo ipso quod quis suam sponte offert operam, ad exactiorem diligentiam se obligat & de quovis postmodum levissimo errore compellari poterit, sicut quoque hoc in casu modico salario contentus esse cogitur, qui ultro alias ambitus magni suam operam imputare posset (e).

LXXXVIII. Quamvis enim Architectus ex studiis eas animo possessiones debeat parasse, (f) a quibus fructuum hæc summa est, nil desiderare nec ad conquendam ex arte pecuniam operam dare, sed tenuitatem potius cum bona fama quam abundantiam cum infamia appetere. Sibi tamen illâ integrâ rectè prospicit, ne homines ingrati & avari sua virtute & liberali studio abutantur.

tur. Cumque curam in ordinandis ædificiis alteri dele- (g) l. 6. & 7.
 gare in mandatum abire (g) videatur, & hoc regulariter Pr. quod vi
 gratis perficiendum fit, consultum erit Architecto, ut prius aut clam,
 quam hanc suscipiat, de expectando inde honorario con-
 veniat. Nec enim illud sibi pacisci elocationis operarum (h) l. 6. pr.
 speciem præbet, nec vulgari mercedis nomine venit, quod mandati
 remunerandi gratia pari cum cæteris liberalium artium Schilter.
 cultoribus ratione consequitur (h). Econtra vero ubi nul- Exerc. 21.
 lum salarium est constitutum aut incertæ tantum modo d. 24.
 pollicitationis, nec hoc extra ordinem recte petitur, (i) nec (i) l. 56. §. 3.
 ut illud postmodum constituatur mandati iudicio impe- & l. 17. C.
 trari poterit, (k) nisi utriusque conditio aut speciales rei mandati.
 circumstantiæ nonnunquam aliud diversum suadeant (l). (k) v. l. 7. ff.
 (l) l. 4. ff. de cod.
 extraord.

LXXXIX. Justum quoque & suæ sumtuosæ arti cognit. a. l.
 conveniens hoc honorarium oportet esse, cum ex ipsa pau- 36. pr. ad
 citate & raritate profitentium ejusmodi scientiæ majorem municip.
 æstimationem capiant, aliàsque sumtu modico accepto Briff. Form.
 soleant vilescere (n). Ejus etiam favoris esse videtur, ut P. 5. p. 432.
 a filiofamilias ex liberali studio quæsitum ad peculium (n) Puffend.
 quasi castrensè pertineat (o). Et siquidem hoc annuum c. l. §. f.
 promissum fuerit integrum debebitur intra annum Archi- (o) al. f. C. d.
 tecto mortuo aut ædificio perfecto, alias si generaliter inoff. test.
 est constitutum, consummato demum illo exigitur.

LXC. Quod si autem semel curam ordinandi ope- (p) Vitruv.
 ris in se susceperit, imprimis animum ædificantis domini in Præf. ad
 exploret, cum plerumque homines ad suam potius quam lib. 6.
 alienam voluntatem pecuniam consumant (p). Inde &
 locorum situm, & naturam probe consideret, simulque in-
 materiæ aut copiam aut defectum inquiret, ne tentet for-
 te pro ingenio, audacia & imprudentia, quæ ipsa denegat
 natura (q). Demum ad usum patrum familiarum, ad mo- (q) Tac. l. 15
 dum pecuniæ, ad requisitæ elegantæ dignitatem ædificia A. c. 42.
 disponat, (r) ut firma, ut commoda, ut pulchra omnibus (r) Vitruv.
 appa- l. 1. c. 37.

appareant ; Ubi enim aut prater aut contra voluntatem
 Domini quid ordinat, ubi nec palustris nec arenosi loci
 in ponendis fundamentis rationem habet, aut etiam in fir-
 mo solo nimium profundis sumtus minus necessarios im-
 pendit ; Ubi res audet, quas impossibiles deserere & ut
 vestigia irritæ spei relinquere cogitur ; ubi materiam non
 seligens inutilem adhibet ; Ubi parietes nec justo modo
 erigit, nec aperturas convenienti loco immittit ; Ubi sin-
 gulas partes ad regionis qualitatem commodamque habi-
 tationem non disponit, ubi in addendis ornamentis contra
 receptas artis regulas peccat, operisque adspectum vel de-
 formem vel ridiculum reddit ; Ubi denique *inscitia* (s)
 aut *incuria* rem vitiosam efficit ; In his procul dubio ædi-
 ficanti Domino ad omne *id quod ipsi interest*, tenebi-
 tur.

(s) l. 9. §. 5.
 locati & l.
 11. §. 5. eod.

XCI. Ubi potissimum rogatus Architectus ut ex-
 cuteret quanti opus ædificare posset vel *in computatione fal-*
lit (t) vel ex calliditate minus renunciat, dominus vicis-
 sim a suis promissis licito recedit, quod prærogavit ei, re-
 petit, & suum insuper intresse persequitur (u). Siquidem
 illo modo ædificantes ad infinitas sæpe sumtuum profu-
 siones inducuntur, aut adjectione dimidia & ampliori
 onerati, amissa spe, abjecta impensa, fractis rebus animis-
 que desistere coguntur (x). Quare etiam lex illa Ephe-
 sina multis placuit (y), quæ bona Architecti publicum
 opus faciendum recipientis & quanto sumtu id futurum
 indicantis Reipublicæ obligata fuere, donec opus perfe-
 ctum. Tunc enim si ad dictum impensa respondit, ille
 decretis honoribus ornatus, si non amplius quarta in con-
 structione consumtum, liberatus, si ultra hanc, ut de suo
 quod superabat quartam, impleret, condemnatus est.

(t) l. 7. §. 3. &
 4. si mensor
 fals. m. dix.
 (u) l. 60. §. 4.
 locati.

(x) Viteruv.
 Præf. ad l.
 10.
 (y) Cuj. l. 19.
 Obs. 22. Go-
 tofr. ad l. 60
 §. 4. locati
 Puffend. l. 5.
 c. 6. §. 1.

XCII. Ideoque ut securior ubivis Architectus sit,
sumtus ad futuri ædificii formam modumque sedulo ex-
 pendat,

pendat, eorumque calculo iuste posito prospiciat ædifican-
ti ne illis se imparem, cœpto tandem opere conqueri ne-
cesse habeat. Delineatam etiam ad partes singulas ope-
ris speciem exhibeat domino, quo hic adhibitis fabris con-
sultisque aliis rei ædificatoriæ peritis aut corrigat eam aut
approbet. Ubi enim hæc placuit, opusque eo modo
effectum est, Architectus ab omni ulteriori conventio-
ne se liberat, quemadmodum & facile se explicabit, qui
Domino ædificanti indies, quod factum monstrat, ejusque
reddita ratione, tacitam ad minimum probationem,
elicit.

XCIII. Cum & Architectus ad ædificantis manda-
tum novum opus construens omnibus illis obligetur, qui
exinde damnum accipiunt aut metuunt, (z) sibi hinc non
minus caveat, ut ab aliis conventus a Domino indemnis
servetur. Siquidem, qui sciens contra jura vicinorum,
aut publicas leges (a) ordinat quidpiam aut fabricat, ad
damnum refarciendum, pœnamque statutam exsolven-
dam adigi poterit nullo regressu in jubentem compe-
tente. (b)

XCIV. Jam quoque a priscis temporibus utile vi-
sum, Architectis aliisque *Redemptoribus opera tam publica*
quam *privata* certo definito pretio perficienda *elocare*,
quod hac ratione fraudibus eorum occurratur, qui curan-
dis *illis* præfecti creditam sibi ad exstructionem pecuniam
in privatos quandoque usus convertunt, quodve *horum*
domini & impensarum modum sciant & ulterioribus mo-
lestiis exonerentur, Inde Romanarum locationum pas-
sim e Scriptoribus (c) & operum inscriptionibus vestigia,
legumque hanc in rem antiquitus scriptarum formulæ
superstites. (d)

XCV. Locatur vero opus, ut conductor sua im-
pen-
sa

(z) l. 6. & 7.
quod Vi aut
clam.

a. l. 11. de In-
jur.

(a) l. 12. §. 5. C
de ædif. pr.
Mev. ad Jus
Lub. l. 8. t. 12

a. 6.

(b) a. §. 7. 1.
mandati.

l. 6 §. 3. & 1.
21. §. 6. ff. cod

(c) Liv. l. 39.
& 41. Lipsius
de Magn.
Rom. l. 3 c. 12

(d) Briss. de
form. l. 5. p.

517. & 518.

(e) l. 27. §. 2. locati *penfa vel omnia faciat, (e) & præter opera materiam præstet, vel saltem operas in materia Domino ædificante comparata exhibeat. Utque hoc in casu certa nonnunquam merces in singulos dies constituitur, sic ulterius utroque vel ad mensuram vel per aversionem promitti solet. Et tunc equidem Redemptor operis pro temporis ratione, quod cum fabricis & operariis suis in construendo ædificio exigit, mercedem a locatore petit; nec, cum singulis diebus opus approbatum videatur, de periculo sine suo dolo aut lata culpa evenienti tenetur.*

Brunn. ad l. 51. locati.

(f) v. Cuj. l. 8. Obs. 15.

Struv. E. 24 d. 21.

(g) l. 42. d. V. O.

(h) Franz. t. loc. n. 189.

Brunn. ad l. 30. §. 3. loc.

(i) l. 36. loc.

(k) l. 58. §. 1. eod.

(l) l. fin. eod.

(m) l. 30. §. 3. locati.

(n) l. 36. eod.

(o) l. 30. §. 3. eod.

(p) l. 36. eod.

(q) Brunn. c. 1.

(r) l. 59. eod. l. 13. §. 5. eod.

XCVI. Ubi contra per aversionem fuerit contractum, (f) constituta merces, antequam finitum opus est, a Redemptore nequit exigi, cum ex sua parte nondum implevisse quod convenit, videatur, nec agere ipsi liceat. (g) Utut si magnum opus sit, & longius temporis spatium ad suam perfectionem requirat, ipsa æquitas svadet ut per partes solvatur pretium, vel & ei prærogetur, qui sufficientem cautionem præstare paratus est. (h) Interim hinc periculum operis vitio contingens, donec approbetur, ejus est, qui faciendum suscepit, ni per locatorem, quo minus approbetur steterit, tunc enim illud ad hunc ipsum pertinebit pari ratione, ac si vi majore (i) & fortuito casu (k) aut soli vitio absque concurrente Redemptoris culpa opus interciderit. (l)

XCVII. Quod si demum in locationis lege venerit, ut pro lapide & manus pretio, (m) seu pro solis quoque operis certa merces in singulos pedes mensurasque præstetur, (n) eo casu opus, licet imperfectum, modo unum alterumq; cæmentum fuit positum unde ejus appareat forma, metiri oportet. (o) Siquidem hoc facto Redemptor quantum ad mensum est suam non solum mercedem consequitur, sed & periculo in opere contingente liberatur, (p) quod & tunc solius domini erit, ubi vel ipse in mora fuit quo minus metiatur, (q) vel ædificium terræ motu naturæ vi (r) aut materix suæ vitio concussum. XCVIII.

XCVIII. Cæterum *Redemptor*, cum contractus ob
 utilitatem utriusque ineatur, *levem* in his præstat *cul-*
pam, (s) & si ad peritiam suam pro virili dexteritatem adhi-
 buit, etiam non approbato aut ad mensum opere securus
 erit. Si vero singularem scientiam professus ad exactissi-
 mam se obligavit diligentiam, omnemque adeo suscepit
culpam, quod imperitia dedit damnum, resarciet. (t) Ubi
 dein legibus consueto more *diis* adjectus, ad quam opus
 effici debuit, hoc tamen factum non est, licet eo spatio
 absolvi potuisset, quanti locatoris intererit, conductor
 præstabit, (u) sicut & ulterius, ubi hic conductum opus
 inchoare *detrectat*, aut jam coeptum imperfectum *relin-*
quit, vel accepta mercede perficere, vel quicquid inde
 dispendii ædificans sentit, exhibere cogitur. (x) *Subloca-*
re tamen alii æque idoneo ejusmodi susceptum opus li-
 bere poterit, quin & in convento pretio *ultra dimidium de-*
 ceptus remedio l. 2. C. de resc. vend. uti. (y)

XCIX. Quamvis autem *Redemptor sua materia*
 ædificans, hanc ipsam ejus faciat, cujus solo imponit
 structuram, (z) habebit tamen pro mercede consequen-
 da in opere conducto *tacite hypothecæ* privilegium, (a)
 cum & quilibet faber, qui in ædificio reficiendo vel con-
 struendo operam impendit, in pretio constituto cæteris e-
 jusdem rei creditoribus (b) præfertur.

C. Ut denique *Architectonica* suo judicio omnia
 probat, quæ à cæteris artibus opera perficiuntur, (c) ita
 vel maxime liberale studium, illarumque princeps est di-
 cenda. Siquidem & hac exercitati Architecti, viri ple-
 rumque ingeniosi & pluribus, ut opus est, scientiis instructi
 magno semper in honore habiti fuere, & Jure Romano in
 studio docendi discendique invitati, omni à muneribus
 vacatione, aliisque *immunitatibus* fruebantur, (d) hodie-
 que adhuc (e) multis favorabilibus *privilegiis* gaudent.

T A N T U M.

(s) Carpz.
 P. 2. C. 37.
 d. 24.
 (t) l. 9. §. 5.
 loc. Struv.
 E. 24. th. 26.
 (u) l. 58 §. 1.
 loc. Briffon
 de Form. l.
 §. 1. p. 517.
 (x) l. 12. §.
 t. C. de æ-
 dif. priv.
 (y) Brunn.
 ad l. 7. eod.
 n. 3.
 Mev. ad Se.
 Lub. l. 3. t. 2.
 a. 5. n. 3.
 Franzk. h. t.
 n. 156.
 Carocc.
 p. 1. qv. 70.
 n. 4.
 (z) l. 39. pr.
 de R. V.
 (a) Mornac.
 ad l. 6. qui
 potiores in
 pign.
 (b) Christ.
 ad l. Mechl.
 t. 13. a. 14.
 (c) Vitruv. l. 1.
 c. 1.
 (d) l. 1. & 3.
 de excuf.
 artif. v. Per.
 ad h. l.
 (e) Magn. D.
 Baieri Tr. d.
 Opif. Pal. c.
 de Archit.

Jena, Diss., 1695 A-L


ULB Halle 3
005 015 790



1695







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

B. V.
IONES
AM
TECTI
PERITI
tes
z Decreto
um Ordinis
DE
D HIERONYMO
ERO D.
Jurid. & Scabin. Assessore
h. t. DECANO,
is Speciminis
ltroque Jure privilegiis
cls Inc XCV.
tilandas
it
HARD Freystein /
Misnicus.
Æ,
D WERTHERI.

DM.
5
1695, 3^a
7

